



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita P. Balthassaris Alvarez, Societatis Iesv Religiosi**

**Puente, Luis de la**

**Coloniae Agrippinae, 1616**

§. 3.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43347**

## §. III.

**H**O C genus reuelationum de rebus futuri fuit alterum, quod omnes admirabantur, & quo magnum faciebat fructum: cuius etiam sunt multa & præclara exempla, quæ in varijs partibus euenerunt. **P**rimum fuit Abulæ, cum quadam sua pœnitente, quæ valde anxia obfui viri absentiam, ( qui etiam erat eidem Patri valde piè addictus ) de quo diu nihil scire potuifet, accessit, ut Sancto suo Confessario calamitatem suam aperiens, consolationem ab eo acciperet. Ipſe audiens eam, & flentem videns, incepit & ipſe tenerè cum illa flere: donec attendens, quid faceret, dixit: quam ego consolationem adfero flens cum flente? sed cessemus à fletu, bene enim res habebit: nam vir tuus absque dubio hac feptimana reuertetur. Et ita est factum: vxorque viro retulit, P. Balthassarem id futurum prædixisse: quo illa valde fuit excitata ad magis seruendum Deo, gratias ei agens, quod talem Confessarium effet sortita. Simile quid euenit eidem viro qui Patri cuidam Societatis ( cui post P. Balthassaris ex Abula discessum confitebatur ) dixit: o quam Sanctus vir, Pater ille erat! & quam eius verba cor inflammabant. Semel ( inquit ) valde desolatus ad eum accessi, eò quod meo iudicio Socrus mea iam obiijſſet, & quarebam, qui illam sepeliret: ego verò ingenti dolore afficiebar, quod illa res quasdam magni momenti ante mortem non declarasset. Pater afflictum consolans dixit: illam necdum obiijſſe; & supereſſe adhuc

adhuc tempus, ut res illas declararet, & ita fuit  
nam verbi illis ego animatus, redij domum, &  
adhuc viuentem intueni: declarauit illa quod ego  
optabam, & statim quasi una auicula obiit. Ha-  
retulerunt duo hic afflitti coniuges, ad quorum  
consolationem reuelauit Deus sancto eorum  
Confessario, quod in eorum tribulatione esset  
lis subsidium & leuamen.

QVIDDAM aliud non minus stupendum  
tulit de se ipso, quidam Societatis Pater, fide om-  
nino dignus, qui dum valde affligeretur, quod la-  
videret iam prouectæ ætatis, sine illis tamen do-  
tibus ad proximos iuxta nostrum Institutum in-  
uandos, saepius hanc difficultatem & tentationem  
cum P. Balthassare communicauit: qua nihilom-  
nus durante, & ipso non audente ulterius dei-  
cum Patre loqui: occurrens tamen eidem quadam  
die in ipso Collegio, animo valde deiecto dix-  
ei: Pater, molestia haec ac difficultas adhuc me vo-  
xat, cui P. Balthassar: existimas ne esse in Societate  
media ad salutem consequendam? quo respon-  
dente: esse: replicauit vir Sanctus: non solum tu  
saluaberis: sed multos etiam alios iuuferis, ut si-  
uentur, & viues in Societate contentus, quo ar-  
dito prorsus euanuit illa tentatio, & verum fuit,  
quod seruus hic Dei in eius nomine illi dixit.  
Nam idem Pater fuit postea insignis operarius in  
Collegio nostro Salmaticensi: in quo, Rector  
eodem Patre Balthassare, acciderunt si-  
miles alij casus, quos suis locis  
reddemus.

\* \*